

*Hæc de Testamento, quod S. Bibliorum est inscriptio, & partium Theologia consti-  
darum occasio: Sequitur ut agamus de par-  
tium Theologia numero, qui à natura Testa-  
menti, ejusq; requisitis essentialibus depen-  
det.*

*Ut enim in Testamento humano commo-  
dè attenduntur, Testator, Testes & Hæredes:  
Sic in Testamento sacro, quod Deus creator  
iniit cum sua creatura, tria commodè consi-  
derantur, Testator, qui Deus; Testis seu po-  
tius Mediator, qui Christus; Hæres, qui Ec-  
clesia. Atq; hætenus Testamentum divi-  
num ac humanum conveniunt, etsi in utroq;  
plurima occurrunt, in quibus maximè diffe-  
runt. Cæterùm juxta hæc Testamenti sacri  
partes, nunc etiam S. Theologia in sacro utri-  
usq; Testamenti Codice fundata, tres partes  
constituimus, quarum prima est DE DEO  
TESTATORE. 2. DE CHRISTO  
MEDIATORE. 3. DE ECCLESIA  
HÆREDE.*

---

LOCUS III.

DE DEI TESTATORIS  
*seu essentia divina unitate.*

DE Deo Testatore quatuor consideran-  
da veniunt. 1. Essentia unitas. 2. Per-  
sona-